

„ stans sacrum illud cum fluviis indumentum, & Patriar-
 „ chicum Baculum manibus gestans. Synodus agebatur
 „ sacratissimorum qui forte tunc aderant Metropolita-
 „ rum, Heraclæa, Nicæa, Nicomediæ, Chalcedonis,
 „ Theſſalonica, Prusa, Amasia, Monembasia, Ber-
 „ rhoæ, prisicarum Patrarum, Serrarum, Larissæ, Jo-
 „ hannina, Melenici, Lemni, Bizya, Lazia, Hcna-
 „ nii: religiosissimorum item Episcoporum, Rhædelli,
 „ Myriophyti, Metrarum, & Tzeruli: nec non reve-
 „ rendissimorum Clericorum. Tunc allegati sunt xxix.
 „ & xxx. Canones Sanctorum Apostolorum, quibus san-
 „ citum est: Siquis, quicumque fuerit, Pontifex, aut
 „ Sacerdos, aut Diaconus, pecuniæ interuentu, aut
 „ alias, Ecclesiasticum munus accipiat, dejiciatur, tum
 „ ipse Pontifex, tum qui Ordinationem accepit: nec
 „ vero tales tantummodo deponantur, sed etiam e sacra
 „ Christianorum communione segregentur, sicut Simon
 „ Magus a me Petro. *ἔπομεν καὶ περὶ ἐμβρατιῆς*. Di-
 „ camus & de Embaticio. Scribit Basilius Magnus ad E-
 „ piscopos suos: ne ullo pacto propter pecuniam fiant
 „ Ordinationes: alioquin deponantur. Scribit ibi & de
 „ Embaticio, quod hodie Pontifices quidam accipiunt.
 „ Hanc sententiam divinus Zonaras exponit, sic dicens.
 „ Illi qui vendunt gratiam Sancti Spiritus, per avari-
 „ tiam id faciunt: quæ avaritia est radix omnium ma-
 „ lorum, & nominatur idololatria, eo quod anteponit
 „ idola Deo, & imitatur Judam. Ut enim ob lucri fa-
 „ ciendos argenteos, prodidit Christum: ita & nonnul-
 „ li Pontifices sua voluntate denuo Christum produunt,
 „ qui semel pro nobis crucifixus est. In tantum enim,
 „ tales Pontifices Judam imitantur, in quantum & dona
 „ Spiritus Sancti vendunt, & loca per eandem pecuniam
 „ emuntur, nempe Parochiæ, & Diœceses, quibus cum
 „ potestate præfunt ii qui ordinantur: & ipsa manus
 „ quæ accipiunt fructus, seu redditus, jure Hebraice Acel-
 „ dama, Græce *χρῆλον ἀίματος* (Latine *ager sangui-*
 „ *nis*) appellantur. Sic enim scriptum est in Libro A-
 „ ctuum Apostolorum. Hoc enim est quod dicit: Quem
 „ „ admo-